

49
consummavit quod dedit tibi faciam. Et nunc cla-
rificame tu pater apud te me ipsum claritate quam
habui prius quam mundus esset apud te. Manifesta-
ui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo.
Iteyent & mihi eos dedisti & sermonem tuum seruaue-
runt. Et nunc cognouerunt quia omnia que dedisti mi-
hi abste sunt. Quia uerba que dedisti mihi dedisti & ip-
si acceperunt & cognouerunt uere quia ate exiui &
crediderunt qui ate memisisti. Ego pro eis rogo non
pro mundo rogo sed pro his quos dedisti mihi quia
tuis sunt. Et mea omnia tua sunt & tua mea sunt. Et
clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo & hi
in mundo sunt & ego ad te uenio. Pater scē serua eos
in nomine tuo quos dedisti mihi ut sint unum sicut &
nos. Cum essem cum eis ego seruaui eos in nomine
tuo. Quos dedisti mihi custodiui & nemo ex his perit
nisi filius perditionis ut scriptura impleretur. Nunc
autē ad te uenio & hec loquor in mundo ut habeam
gaudium meum impleam in semet ipsis. Ego dedisti
sermonem tuum & mundus odio eos habuit quia non
sunt de mundo. Sicut & ego non sum de mundo. Non
rogo ut tollas eos de mundo sed ut serues eos ex malo.
De mundo non sunt sicut & ego non sum de mundo.
Sancifica eos in ueritate sermo tuus ueritas est. Sicut
tu memisisti in mundum & ego misisti eos in mundum. Et pro
eis ego sanctifico me ipsum ut sint & ipsi sanctificati
in ueritate. Non pro eis autē rogo tantum sed & pro
eis qui credituri sunt per uerbum eorum in me ut om-
nes unum sint. Sicut pater in me & ego in te ut &
ipsi in nobis unum sint ut mundus credat quia tu me